ARCHIDUCISSAE
MARIAE CAROLINAE
UTRIUSQUE SICILIAE REGINAE.

O Conjux hoc digna Viro, Vir Conjuge dignus,
Vos ego ni jungam carmine, culpa foret:
Quos dotes animi ſimiles, ſimiliſque venuſtas,
Sanguis & Auguſtus, nobilitaſque ligat.
Inclytus hic nexus, puro ſublimior auro,
Innocuus ſemper, perpetuuſque micet.
Eximiis illum gemmis diſpungere mallem,
Quam numeris, dictat quos mea Muſa rudis.
Is vleuti eſt adamas conſtans, ſicutque beryllus
Fulgidus, excellit cryſolitumque fide.
At quibus e reliquis poſſim committere gemmis,
Quae pluſquam ſapiens, provida menſque Tibi.
Aut Tibi quae noſtri lingua eſt incognita ſecli
Quin velut ingenitam copia poſſe loqui?
Germanam, Italicam, Gallam, Hiſpanamque, Latinam
Funditus explicitam volvis ab ore Tuo.
Relligio fuerit, ni carmina noſtra dicarem,
Et ſinerem, his Sponſo ne quoque juncta fores.
Accipias clemens haec carmina pauca: ſed ultra
Sunt numerum, Superos quae Tibi vota rogant.